



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ oraculis, & Sacr. ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1707

Declaratoriæ privationis privilegiorum. Form. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)

Hofst. Jo. Andr. Anch. Card. & Butr.
in cap. 2. ne cler. vel Monac. tenent Graff.
ubi supra num. 900. & generaliter quod
Constitutio Synodalnis habeat vim tripli-
cis monitionis tradunt communiter, Gra-
tian. in cap. 36. n. 1. secund. impress. Neap.
1602. Belletr. disq. cler. par. 1. de favor.
pers. §. 8. num. 4.

His præcognitis, si Episcopus vult ad
Decretum privationis procedere, uti por-
terit formula sequenti.

Declaratoriae privationis privilegio-
rum Clericalium.

FORMULA IV.

S U M M A R I U M.

1 Ad privandum Clericum privilegii cle-
ricalibus sufficit, quod non incedat
in habitu clericali.

VIbis actis ex quibus constat Clericum N. loco N. nostræ Dioecesis post pu-
blicationem nostri, Edicti, non incessisse, neque modò incedere inha-
bitu, & tonsura Clericali decenti, neque ulli Ecclesiæ inservire: sed mo-
taicorum se gerere iudicis negotiisque, & officiis Clericis per Sac. Canones prohibi-
bitis sese immiscere, & implicare, visis monitionibus ter repetitis, & contra
eundem exequitis, & reproducitis: attenta illius contumacia, & contemptu
Christi nomine invocato, auctoritate nobis tam à jure, quam à Decretis
Sac. Congr. Immunitatis de Urbe concessa, dicimus, & pronunciamus pra-
fatum (sèt pàfatos) Clericum N. (sèt N. & N.) monitis nostris, ino
verius facrorum Canonum parere recusantem, non esse dignum privilegii
clericalibus, sed facto proprio illis esse privatum, & gaudere non deberet,
nec posse volumus, & declaramus omni, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

A D N O T A T I O.

1. Si verò facienda sit declaratio contra
Clericum, qui in fraudem habitum clericalis
reassumpit, & pronanciadum non gaudere fori Ecclesiastici privilegio,
tunc Episcopus probè pensatis, tum moribus Clerici reassumentis, tum loci, tem-
poris, & facti circumstantiis fraudem ar-
guentibus: si ita pro aliorum exemplo, &
justitiæ complemento, sibi expedire videatur,
poterit (parte tamen instantiæ) ad
sequentem declarationem devenire. Ani-
madvertendo, quod ut Clerici non ince-
dentes in habitu clericali privilegiis clericalibus
priventur non requiratur, quod sim-
ul, & semel se immisceant negotiis à
Sac. Canonibus vetitis, sed sufficit si non
incedant: nam expressio negotiorum pro-
hibitorum, quæ fit in monitione, & de-
claratoria, ponitur suprabundanter.

Declaratoriae privationis pri-
vilegii Fori.

FORMULA VII.

S U M M A R I U M.

1 Clerici reassumentes habitum in fra-
dem Judex Ecclesiasticus debet decla-
rare eos non gaudere privilegio fori.
Clerici reassumere possunt habitum cleri-
calis quandocunque, & statim
eximuntur à foro laico, nisi adhuc
fraud, quam Judex Ecclesiasticus
cognoscit, ibi.
2 Clerici, qui per octo menses jugiter in-
cesserunt sine habitu clericali dicun-
tur extores.
Clerici, qui non deserunt coronas
Clericalem dicuntur comam me-
ritæ.